

Christian Ohm Gerhard Kappe

Disputatio Quarta De Rei Vindicatione

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730619915>

Druck Freier  Zugang



DISPUTATIO QUARTA
DE
REI VINDICA-
TIONE.

Quam.
Auspice Christo

Consensu & auctoritate amplissimi ICrorum ordinis in celeberrimā
Rostochiensium Academia

P R E S I D E

Viro Clarissimo & Consultissimo

DN. CHRISTIANO O S M
J. U. D.

Publice habebit

GERHARDUS CAPP,
Lippia-Westphal.

Ad diem 25. Aprilis Hora & loco solitis.



ROSTOCHII


Typis exscripsit Joachimus Pedanus.

ANNO M. DC. XII.

I. D. 187. 42.

1612

R. U. jur 1612 Ohm, Christianus/a





T H E S I S I.

D O S t a c t i o n e s q u æ d e u n i v e r s i t a t è p r o p o s i t æ s u n t , s u b j u c i t u r a c t i o s i n g u l a r u m r e r u m p e t i t i o n i s , l. 1. ff. de R. V.

II.

E t s i a u t e m i n g e n e r e R. v i n d i c a t i o a d o m n e s i n r e m a c t i o n e s p e r t i n e a t , i n s p e c i e t a m e n p r o a c t i o n e i n r e m c i v i l i , d e r e c o r p o r a l i , d e q u a p r o t e m p o r e , a c c i p i t u r , t i t . f f . & C. d e R e i v i n d . l. 27 § 3. ff. b. t.

III.

Q u æ à v i n d i c a n d o , h o c e s t l i b e r a n d o , & a s s e r e n d o d e m a n u & j u r e p o s s e s s o r i s , s i c d i c t a , e s t p r o p r i e t a t i s a s s e r t i o C u j a c . i n p a r . f f . b. t. W e s e m b . i b i d . n. 2.

IV.

E t c o m p e t i t e i , q u i a u t j u r e g e n t i u m , a u t j u r e c i v i l i d o m i n i u m a c q u i s i v i t , e t i a m r e v o c a b i l i t e r : N o n e n i m i d e o m i n u s r e c t è q u i d n o s t r u m e s s e v i n d i c a b i m u s q u o d a b i r e à n o b i s d o m i n i u m s p e r e t u r s i c o n d i t i o l e g a t i v e l l i b e r t a t i s e x t i t e r i t l. 23. l. 66. ff. b. t.

V.

H i n c s i c u i i n d i e m a d d i c t u s s i t f u n d u s , a n t e q u a m a d j e c t i o s i t f a c t a u t i n r e m a c t i o n e p o t e s t p o s t e a n o n p o t e r i t l. 41. i n p r . f f . b. t.

VI.

Q u o t i e s d u o b u s i n s o l i d u m r e s f u e r i t d i s t r a c t a , m a n i f e s t i j u r i s e s t e u m c u i p r i o r i t r a d i t a , e s t i n d e t i n e n d o d o m i n i o e s s e p o t i o r e m l. 15. C. b. t.

VII.

Cum ager ex emptionis causa ad aliquem pertineat, non recte hac actione agi poterit, antequam traditus sit ager, tuncq; possessio amissa sit, *Callist. in l. 50. ff. h. t. l. pen. C. eod.*

IIX.

Nam ut huic actioni locus sit, à parte actoris requiritur dominium, quod nuda conventionione non transfertur, sed traditione *§ 1. Inst. de act. l. 23. ff. h. t.*

IX.

Cujus probatio cum sit difficilis, Cajus, eum qui destinavit rem petere, animadvertere jubet an aliquo interdicto possit nancisci possessionem: quia longe commodius est, ipsum possidere, & adversarium ad onera petitoris compellere, quam alio possidente petere. *l. 24. ff. h. t.*

X.

Datur hæc actio adversus eum qui licet nullo jure nobis obligatus sit, rem tamen nostram possidet aut detinet & restituendi habet facultatem *§ omnium Inst. de act. l. 9. ff. h. t.*

XI.

Et sic ex parte rei in hac actione requiritur detentio vel possessio in tantum ut ea deficiente cesset hæc actio *d. § 1. Inst. de act.*

XII.

Qui alterius nomine rem possidet, si litem ab aliquo per in rem actionem sustineat, nominando statim in judicio dominum, liberatur *l. 2. C. ubi in rem act.*

XIII.

Eum qui se obtulit rei defensionis sine causa, si actor ignoret non esse absolvendum Marcell. ait. Sed hoc post litem contestatam, ceterum ante judicium acceptum, non deci-

decipit actorem qui negat se possidere cum vere non possideret *l. 25. ff. h. t.*

XIIII.

Nam si actor scit tunc is non ab alio sed à se ipso decipitur & ideo reus absolvitur *l. 26. ff. h. t.*

XV.

Sin autem cum à Titio petere vellem aliquis dixerit se possidere, & ideo liti se obtulit, & hoc ipsum in re agenda testatione probavero: omnimodo condemnandus est *l. 27. ff. h. t.*

XVI.

Adversus eum quoq; qui ante vel post litem contestatam, dolo rem possidere desijt, hæc actio datur *l. 22. l. 27. § 3. ff. h. t.*

XVII.

In heredes quoq; si rem possideant, aut lis cum defuncto contestata sit, dabitur *l. 51. l. 55. ff. h. t.*

XVIII.

Possidere autem aliquis debet, utiq; & litis contestatæ tempore, & quo res judicatur. Quod si litis contestationis tempore possedit, cum autem res judicatur, sine dolo possessionem amisit, absolvendus est possessor. *l. 27. § 1. ff. h. t.*

XIX.

Item si litis contestatæ tempore non possedit, quo autem judicatur possidet: probanda est Proculi sententia, ut omnimodo condemnetur. *d. l. 27. § 1. ff. h. t.*

XX.

Locum habet hæc actio in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus quam his quæ anima carent & in his quæ solo continentur. *l. 1. § 1. ff. h. t.*

XXI.

Per hanc actionem non solum singulæ res vindicabuntur, sed posse etiam gregem vindicari Pompon. lib. lect. 25.

scribit idem de armento & equitio cæterisq; quæ gregatim
habentur, dicendum est *l. 1. § ult. ff. hic.*

XXII.

Non tamen ut gregis ita & peculij vindicatio recepta
est : sed res singulas is cui legatum est peculium petet *l. 56.
ff. cod.*

XXIII.

Loca sacra itemque religiosa, & quæ his adhærent,
quasi nostra in rem actione peti non possunt *l. 23. § 1. l. 43.
in pr. ff. hic.*

XXIV.

Liberae personæ quæ sunt juris nostri ut puta liberi qui
sunt in potestate, per hanc actionem non petuntur, nisi for-
te ut Pompon. inquit, adjecta causa eos ex L. Quiritium
quis vindicet *l. 1. § 2. ff. h. t.*

XXV.

Tignum alienum ædibus junctum, nec vindicari po-
test propter *l. 12. tabul.* nec eo nomine ad exhibendum agi,
nisi adversus eum qui sciens alienum junxit ædibus, sed est
actio antiqua de tigno juncto quæ in duplum ex *l. 12. tab.*
descendit *l. 23. § 6. ff. hic.*

XXVI.

Qui in rem agit debet designare rem, & utrum totam
an partem & quoram petat; Octavennus ita definit, quod
infectæ quidem materiæ pondus, signatæ vero numerum,
factæ autem speciem dici oporteat; sed & mensura dicen-
da erit cum res mensura continetur. *l. 6. ff. h. t.*

XXVII.

Et si vestimenta nostra esse, vel dari oportere nobis
petamus, utrum numerum eorum dicere debebimus, an &
colorem: & magis est ut utrumq; *d. l. 6. ff. hic.*

XXVIII.

In homine petendo nomen ejus dici debet, & utrum
puer

puer an adolescens sit, utiq; si plures sint: sed si nomen
ejus ignorem demonstratione ejus utendum erit, veluti qui
ex illa hereditate est, qui ex illa natus est *d. l. 6. in fin. ff. h. t.*

XXIX.

Si plures ejusdem sint nominis servi, puta plures Erotas
nec apparet de quo actum sit, Pomp. dicit nullam fieri con-
demnationem *l. 5. in fin. hic.*

XXX.

Plane fundum petiturus, nomen ejus, & quo loci sit
dicere debet *l. 6. in fin. ff. eod.*

XXXI.

In certæ partis vindicatio datur, si justa causa inter-
veniat: Justa autem causa esse potest, si forte Legi Falcidiae
locus sit in testamento, propter incertam detractionem ex
legatis quæ vix apud judicem examinatur: Justam enim
ignorantiam habet legatarius cui homo legatus est, quotam
partem vindicare debeat. *l. 76. § 1. ff. hic.*

XXXII.

In rem hodie ita agitur, ut actor in libello proponat,
se rei quam adversarius possidet, esse dominum vel quasi
Wesemb. in par. hic. n. 6.

XXXIII.

Publicianam enim rei vindicationi propter difficulta-
tem probandi dominij adijci usitatum est. *Wesemb. d. loc.*

XXXIV.

Et quia dominus sit, sicuti etiam declarari cupit, ab ad-
versario qui possidet, rem suam petat sibi restitui *l. qui re-
stituere ff. h. t.*

XXXV.

Non solum autem rem restitui, verum & si deterior
res sit facta, rationem judex habere debet, finge enim de-
bilitatum vel verberatum, vel vulneratum hominem, utiq;
ratio per judicem habebitur, quanto deterior sit factus

quanquam & L. Aquil. actione conveniri possessor possit.
l. 13. ff. b. t.

XXXVI.

Si servus petitus, vel animal aliud demortuum sit sine dolo malo & culpa possessoris, pretium non esse præstandū pleriq; ajunt. Sed est verius si forte distracturus erat petitor, si accepisset, morā passo debere præstari. *l. 15. §. 3. ff. b. t.*

XXXVII.

Nec sufficit rem ipsam restitui, sed opus est ut cum sua utilitate & causa omni restituatur, id est ut omne habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tempore quo judicium accipiebatur restituta illa res fuisset. *l. 20. ff. b. t.*

XXXVIII.

De fructibus sciendum, quod bonæ fidei possessor ante litem contestatam pro cultura & cura, fructus perceptos & consumptos facit suos, neq; ad eorum restitutionem, ullo modo tenetur. *§ si quis à non domino. Instit. de rer. divis. l. fructus ff. de usur.*

XXXIX.

Perceptos verò necdum consumptos interim facit suos & ubi victus fuerit, ad restitutionem eorum tenetur. *l. certum 22. C. b. t.*

XL.

Post litem contestatam fructus perceptos vel consumptos, vel extantes, interim facit suos, & ubi victus fuerit ad restitutionem eorum tenetur. *§ 2. Inst. de offic. jud. l. 4. § 2. fin. reg. l. bona fidei ff. de acqui. rer. dom.*

XLI.

Fructus naturales sive consumptos sive extantes, sive ante litem contestatam sive post perceptos, facit interim suos, sed re evicta eosdem restituit. *l. 45. ff. de usur. l. certum. 22. C. d. R. V.*

XLII.

Fructus tamen naturales consumptos, si ex eis locupletior non sit factus, facit suos simpliciter nec ad restitutionem tenetur. *d. l. certum.*

XLIII.

Malæ fidei possessor fructus tam industriales quam naturales tam consumptos quam extantes, siue locupletior factus sit siue non simpliciter & omnimodo restituit, imo etiam ad percipiendos, & qui percipi potuerunt tenetur. *§ 2. Inst. de offic. jud. l. 62. § 1. ff. h. t.*

XLIV.

Quod si bonæ fidei emptor sevit, & antequam fructus perciperet cognovit fundum alienum esse, an perceptione suos faciat fructus quæritur? Julian. respondit. Bonæ fidei emptorem quod ad percipiendos fructus intelligi debere, quamdiu evictus fundus non fuerit. *l. 25. § ult. ff. de usur.*

XLV.

Finis hujus actionis est, ut vero domino res sua restituatur & quisq; suum teneat. *Wesemb. in par. n. 8. h. t.*

XLVI.

Effectus est ut probata intentione actoris, reus condemnatur ad faciendam restitutionem *l. fin C. h. t.*

XLVII.

Qui si restituere jussus, judici non paret, contendens non posse restituere, siquidem habeat rem, manu militari officio judicis, ab eo possessio transfertur, *l. 68. ff. h. t.*

XLVIII.

Si vero non potest restituere, siquidem dolo fecit, quominus possit, in quantum adversarius in lirem sine ulla taxatione in infinitum juraverit, damnandus est, *d. l. 68. h. tit.*

XLIX.

Si verò nec potest restituere, nec dolo fecit, quo minus possit, non plus quam quanti res est, id est, quanti adversarij interfuit condemnandus est. *d. l. 68. h. t.*

L.

Quod si possessor quidem dolo fecit, actor verò jurare non vult, sed quanti res sit, adversarium condemnari maluit mos ei gerendus est. *l. 71. ff. h. t.*

LI.

Sed si possessor neget in præsentem se restituere posse, & sine frustratione, videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum ei: ut tamen de litis æstimatione caveat cum fidejussore, si intra tempus quod ei datum est non restituerit. *§ 1. vers. sed etsi Inst. de offic. jud.*

LII.

Contraria maximè huic actioni est exceptio dominij si reus contra se dominum esse intendat: item exceptio præscriptionis. *Wesemb. in par. hic n. 10.*

COROLLARIA.

I.

Princeps summus si uni castrum primo, deinde ex intervallo idem alteri utriq^{ue}, tamen ob bene merita, sed posteriori simul tradendo dederit, non tamen venit in dispositionem l. 15. C. de Rei Vindic.

II.

Privatus cum privato contrahens ex contrahens

trahens ex contractu obligatur. Quid si princeps qui legibus exemptus, cum privato contrahat, an is jure potestatis non obligabitur? contrarium verius est.

III.

An sumptus quos pater studiorum gratia filio suppeditavit, computentur in legitimam, & sic collationi bonorum subjaceant? Nego.

IIII.

Filius qui post fata parentis ad ipsius bona, nullum regressum se habiturum paciscitur, si modo à parente sumptus ad studia necessarij suppeditentur, pactumq; illud juramento confirmet, tamen juris auctoritate improbatur.

V.

Statutum denegans testamenti factionem, nullius esse momenti, verius est, & rationi magis consentaneum.

VI.

An Philosophi indifferenter ad rei summam gerendam sint idonei? Neg.

✂

✂

AD

AD ORNATISSIMUM
DN. RESPONDENTEM,
Adfinem & Amicum meum
carissimum.

Cognata Veri dum, Gerharde, querquera
Nunc Febris arcto jactitat me lectulo,
Te mentis Enthous vigor per ardua
Furis vehit: Symplegadisq; examine
Legum, ipsa suspicit Themis nunc arbitrum.
O noster! Optimi o patris spes unica!
Salve valeque: Iter virtutis istud est
Quò tendis: ambituq; tendis ingeni;
Non inferiora, Apolline isthoc auspice,
Votis amicorum secutus es Patris.
Ut ergò cœptis annuat Feliciter
Fortuna; cœptis aqua dignioribus
Hac summa voti sit mei, sit carminis.

JOHANNES AFFELMANN
S.S. Theol. D. & Professor ordinarius.



XLII.

Fructus tamen naturales consumptior non sit factus, facit suos simpliciter nem tenetur. *d. l. certum.*

XLIII.

Malæ fidei possessor fructus tamen naturales tam consumptos quam extant factus sit sive non simpliciter & omnino etiam ad percipiendos, & qui percipi *§ 2. Inst. de offic. jud. l. 62, § 1. ff. h. t.*

XLIV.

Quod si bonæ fidei emptor sevit, perciperet cognovit fundum alienum suos faciat fructus quæritur? Juliani fidei emptorem quod ad percipiendos bere, quamdiu evictus fundus non *de usur.*

XLV.

Finis hujus actionis est, ut vero tuatur & quisq; suum teneat. *Wesemb.*

XLVI.

Effectus est ut probata intentione demnetur ad faciendam restitutionem

XLVII.

Qui si restituere jussus, judici non posse restituere, siquidem habeat officio judicis, ab eo possessio transfer

XLVIII.

Si vero non potest restituere, siquidem minus possit, in quantum adversarius in actione in infinitum juraverit, dam *b. tit.*

occuple-
titutio-

s quam
pletior
ut, imo
enetur.

fructus
eptione
Bonæ
lligi de-
§ ult. ff.

ua resti-
b. t.

us con-

tendens
militari
b. t.

ecit, quo
e ulla ta-
d. l. 08.

49. Si

